



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De mensæ amicis, atque improbis. cap. cvi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

**A** lent, cum ab iis, quos amamus, diuellimur.

Tria esse amicitiae genera edocemur. Quorum primum ac praestantissimum illud est, <sup>Triplex &</sup> quod virtute conflat. firma enim ac solida est ea benevolentia, qua a ratione profici- <sup>amicia</sup> tur. Secundum ac medium illud est, quod in mutuae vicis commercio consistit, quod etiam <sup>genus</sup> liberale atque ad tuendam hominum vitam <sup>vide est.</sup> Commune enim est amicitia grata, & beneficij memor. Tertium ac postremum illud dicimus, quod ex consuetudine ac familiaritate cum ethnicis contrahimus. Primum itaque amicitiae genus, philosophi est: alterum hominis: tertium animantis ratione carentis.

**B** Incundus ille amicus est, qui res quoque nostras aduersas suas ducit. Amplissimarum opum instar est amicus firmus ac constans. Qui iuxta Deum amicus est, veris suis sermonibus mel & lac fundit.

De mense amicis, atque improbis.

CAP. CVI.



MICI impij odio habebunt amicos pauperes. Vir ini- <sup>Pro. 16.</sup> quus lactat amicum suum: & ducit illum in viam non bonam. Occasiones quaerit, qui vult recedere ab amico. Iaculum & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra <sup>18. 25.</sup> proximum suum falsum testimonium. Qui benedicit manè proximo suo voce grandi, de nocte conflurgens maledicenti similis erit. <sup>27.</sup>

**C** Nolite credere amico, & nolite confidere in duce.

Est amicus secundum tempus suum: & non permanebit in tempore tribulationis. Et est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam: & est amicus, qui odium & rixam & conuitia denudabit. Est autem amicus socius mensa: & non permanebit in die necessitatis: & si humiliatus fueris, erit contra te. Est amicus solo nomine <sup>37.</sup> amicus. Si possides amicum, in tentatione posside illum: & ne facile credas ei. <sup>6.</sup>

**D** Pro amico ne sis hostis. Sodalis amico coniucundatur in oblectationibus: & in tempore tribulationis aduersarius erit. Sodalis amico condolet causa veteris: & contra hostem accipiet scutum. Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te: & ipse non dolebit super te. Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridens spè dabit, narrans tibi bona, & dicit, Quid opus est tibi? & confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis aut ter: & in nouissimo deridebit te: & postea videns derelinquet te, & caput suum mouebit ad te. In conspectu oculorum tuorum condulcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur. Nouissime autem peruerret os suum, & in verbis tuis ponet scandalum. <sup>27.</sup>

Et quia abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. <sup>Mat.</sup>

Intemperantes homines, ac gula dediti, quandiu in ipsorum ore cibi sunt, conuiuatores <sup>Incerti.</sup> laudibus afficiunt, assentantur, mirificis sermonibus predicant. At si mensa paulum differatur, quos aliquando ante voluptatis causa aequè ac Deum adorabant, maledictis conuertiisque tanquam saxis quibusdam insectantur.

**E** Mutua fides ab ipsis effugit: amicitia apud eos mensa finibus circumscribitur: salutatio- <sup>Christi.</sup> nes eorum suspicione plena sunt.

Nemo amicum ac sodalem adulatorem dixerit. Amicitia enim morbus, adulatio est. <sup>Philonis.</sup>

De munificis ac liberalibus: & quod liberalitas salutem conciliet.

CAP. CVII.



VM vidisset Abigail Dauid, festinauit, & descendit de asino, & procidit <sup>1. Reg. 25.</sup> coram Dauid super faciem suam, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius, & dixit, In me sit, Domine mi, haec iniquitas: loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulae tuae. Ne ponat, oro, Domi-